



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 2. Par D. Antonini consolatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

Cap. XII. Veris diuitijs gaudere;
ta essent sustinenda pro Christo; ut eum potius
diligere disserent, qui pro se passos aeterna felici-
tate ditarat, non aurum & argentum, pri-
quo pati miserrimum fuit, seu mentiendo u-
cultaretur, seu verum dicendo proderetur.
Namq[ue] inter tormenta nemo Christum confi-
tendo amisit, nemo aurum, nisi negando serua-
nit; quocirca utiliora fortasse erant tormenta,
que bonum incorruptibile amandum docebant,
quam illa bona, quae sine ullo utili fructu da-
minos sui amore torquebant; sed quidam etiam
non habentes, quod proderent, dum habere cre-
duntur torti sunt. Et hi forte habere cupiebant,
nec sancta voluntate pauperes erant quibus
administrandum fuit; nec facultates, sed ipso
cupiditatem talibus esse dignas cruciatibus; si ve-
rò melioris vita proposito reconditum aurum
argentumq[ue], non habebant, nescio quidem, viri
cuiquam talium acciderit, ut dum habere credi-
tur, torqueretur. Verum tamen etiam si accidit,
profecto qui inter tormenta illa paupertatem
sanciam confitebatur, Christum confitebatur,
Quapropter eti non meruit, ab hostibus cadi-
non potuit tamen sancta paupertatis Confessor
sine caelesti mercede torqueri.

S. II.

Par D. Antonini consolatio.

Hil

His talibus consolabatur D. Augustinus pauperes à barbaris spoliatos, quos non ad ea, quæ amiserant, modica, fluxa, & multis noxia, sed ad magna, verè pretiosa, & semper duratura aspicere iubebat, qualia bona sunt virtutes, & cæli præmia, quæ virtutes promerentur. Hoc ipsum etiam omnes facere iubebat S. Antoninus, his verbis: *Quanta pars immensi infiniti ani attributa est uniusque? Celeriter ea in aeternitate evanescit. Quantusq[ue] est unius? Quantula in glebulatera repis?* Hac oratione tecum cogitans, nihil animo magnum concipe. Hoc tantum, ut duolu natura agas, & feras, qua communis fert natura. Id cura, quomodo mens tua seipsa utatur. In hoc enim sunt omnia. Cetera sine à voluntate dependeant, sine secus, mortua sunt, sumuq[ue]. Quidni Antoninus virtutes à quæ diuitijs, ac corpori mentem anteponat, cùm vel Ethnicus Anaxagoras interroganti Val. Max. cuidam, quisnam esset beatus? dixerit, Nemo I. p. c. 2. ex his, quos tu felices existimas: sed eum in illo numero reperies, qui à te ex misericordia constare creditur. Non erit ille diuitijs & honoribus abundantans: sed aut exiguus ruris, aut non ambitionis doctrinæ fidelis ac pertinax cultor, in recessu, quam in fronte beatior; fide ditior, quam ære;

S. Antonius
nin. lib.
12. n. 28.

T 5 mori-

§. III.

*Iaponensis pueri de pretio paupertatis
oratio.*

Horat. Quod vel naturæ lumine docti videre la-
Tursell. pones, quantumuis alioqui Bonziorum
I. 4. vit. suorum tenebris obnubilati. Sanctus noster
S. Franc. Franciscus Xauerius ad regem Bungi salu-
cap. II. tandum regiam ingressus, prætorianos milia
 numero sexcentos, luculenter armatos offendit
 in vestibulo atrioq;^z, mox in spatiofa portica
 complures è cohorte regia obuios habet, &c. An-
 la hinc patuit viris nobilibus plena, ubi puer se-
 ptensis; sed quod facile appareat, indolis rare, &
 sene ductus occurrit Xauerio, cumq; more patrio
 salutat. Fortunatum eius in regiam aduentum
 regi perinde charum jucundumq; fore, ut tem-
 pestivus imber sit per astatem segeti sitienti. Pro-
 inde ingredetur latu, ac memor, se bonis iuxta
 charum esse, & inuisum malis. Ad que cum
 Franciscus comiter ac benigne respondisset, ad-
 iecit puer: O te beatum, Pater, qui ex alio orbe
 in alienas terras veneris, nihil hinc mercium
 petens, preter infamiam paupertatis! O im-
 mensam DEI, quem colis, bonitatem! ô recon-
 ditam sapientiam! cui cordi est in suis sacerdoti-
 bus